



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

118. Tentatio, & const. magni Neophyti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

antiquis maiorum illustrium; quibus Sinæ nihil ducunt seruantque
 charjus: dolenti iacturam irreparabilem, Nanchinum superuenit, faci-
 nosus Necromantes, promptus propriâ manu vultus omnes auorum
 ex omni memoria veteri repetitos, ad viuum reddere cum subscriptis
 eorum nomnibus, quæ arte quadam sua ineffabili indagabat. Mox
 celesti circumforanci Mandarino defertur, & venditatur ats: cruda pla-
 ne, ac potens sollicitatio, sed auxilio minor quo Deus illum obarma-
 uit; reponso Vagnonij, & argumentis doctus pugnare id cum sancta
 lege, confessim acquieuit, illisque inde sumos honores in familiam
 suam redituros libenter Dœo consecrauit: breui postea missio insigni ad
 Patrem munere illum sibi adscivit in Magistrum, Remisso Vagnonius
 Magistri nomine ac dono, Christi effigiem quam optarat, ad cum fe-
 rendam cùm dedisset; augusto Magistratus sui habitu venerandus pro-
 cessit obuiam, & longèinceptas, fronte humi summissâ corporis pro-
 clinationes, crebro iterauit, nec diu exindè baptismum distulit, in quo
 illi Ioannis impositum nomen, tantumque animo infusum voluptatis,
 ut non ambigeret quād dulci hospite frueretur. Post quæ beneficij vt
 aiebat incomparabilis gratum Vagnonio animum testarurs, pannos
 iussit ad eum ferri lectissimos, & pondus argenti non leue, quorum
 humili recusatione, tūm ipsum Patrem, tūm Christianam sanctitatem
 reuerentius estimauit. Euolutis demū aliquot mensibus, cùm ad mat-
 ris funus domum repeteret, eique Vagnonius aliquamdiu itineris co-
 comes, multum suggereret, ne quid in eo celebrando superstitionis pa-
 teretur: vel hinc ait, videto, quantum mihi Christi lex cordi sit, quod
 hunc diem ad iter propteræ legerim, quia illum arioli, & calendarum
 Sinensium tabulæ, si quem alium in anno, infelicem canebant, & pe-
 ticulose. Prospero tamen usus itinere, statim vt patriam attigit, de-
 die ad patrem literas diligentes quibus ab eo aliquem impetravit ad pro-
 pinquos, & ciues diuinis imbuendos. Iam nostra ex duplii ad meri-
 diem statione, Christianos mille censebat Nanciana, & quosdam vir-
 tutis exquisitæ. Sciaocensis contra retrò desfluebat quoad demum stir-
 pitus interiret, ex implacabili Cantonensium odio in Christi legem, &
 suspectam semper viciniam Lusitanorum Macaensium de quo erit infes-
 tus agendum, nunc mortem solum Tedeschij perstringo quæ hoc sa-
 culi quinque anno nono Sciaoei contigit. Fiuizzani natus Bartholomæus
 Tedeschius, ditionis Florentinæ agro, Romæ dabat apud nos studiis
 operam, eam forte incidit vt recens editam legeret, de Indis quibus
 dam ad idem conuersis Epistolam, vtque erat mente ad motus ecclæstes
 docili, exarsit vñ desiderio illius heroicæ muneris, & Societatis, in
 quam anno ante hoc ævum quarto, Nouembris Lxto adscriptus est, an-
 quisque inde vix quatuor post Philosophiæ decursum in Indias appulit,
 quas exorauerat à Præposito Aquauina. Illic sua statim cum ingenio
 virtus, & circumspectissima comitas, probarunt illum ad Sinas ido-
 neum, apud quos peracto inter magnos labores septennio obiit. Pri-

118.
 Tentatio &
 const magnt
 Nec phyti

119.
 P. Tedeschij
 vita & more.

O o